

Argumentum.

Processiones divinae sunt concipiendae per similitudinem emanationis intelligibilis, si ita et non aliter conceptio aliqua habetur. Atqui ita et non aliter conceptio aliqua habetur. Ergo concipiendae sunt processiones divinae per similitudinem emanationis intelligibilis.

Maior est evidens, iis suppositis quae viam syntheticam ^{saltem} antecedant. Quia enim existunt processiones (DB 86), a theologo sunt concipiendae. At hac in vita concipi non possunt nisi mediate et per similitudinem: nam cum divina essentia realiter identificantur (DB 391), et hac in vita nisi mediate et per similitudinem ~~ipsa~~ ipsa divina essentia non cognoscitur (DB 530, 1659; Sum. theol., I, q. 12). E contra, cum conceptio intelligentiam consequatur, quia mysteria imperfecte et analogice intelligi possunt (DB 1796), etiam processiones analogice seu per similitudinem concipi possunt.

Minor per partes probanda est, et primo quod per similitudinem emanationis intelligibilis processiones divinae concipi possunt, deinde autem quod per similitudinem cuiuscumque alterius emanationis concipi non possunt.

Ad primam minoris partem sic proceditur:

Concipitur divina processio, si in Deo ponitur illud ad quod consequuntur tum realitas emanationis tum consubstantialitas emanantis tum utriusque simul imperfecta nostra intelligentia.

Thesis 12^a

Fraeter scientiam divinam Christus habuit scientiam humanam
tum beatam tum infusam tum ~~seca~~ acquisitam.

Termini.

scientia divina: illa qua Deus Deum scit.

scientia humana: illa cuius principium-quo remotum est natura
humana et cuius principium-quo proximum est intellectus humanus.

scientia humana beata: qua gaudent beati in caelis qui Deum
facie ad faciem vident. Cf. 1 Cor 13, 12; 1 Io 3, 2; DB 530, DS
1000; Sum. theol., I, q. 12.

scientia humana ~~infusa~~ acquisita: quae per lumen^e intellectus
agentis ex sensibilibus derivatur.

scientia humana infusa: neque beata est neque ~~inf~~^{acquisita}
sed a Deo dante seu infundente immediate habetur.

scientia humana per accidens infusa: quae a Deo dante infunditur
sed ex sensibilibus per lumen intellectus agentis haberi potuisset.

scientia humana per se infusa: quae a Deo dante infunditur
neque per lumen intellectus agentis ex sensibilibus haberi potuisset.

Sensus theses.

Thesis quattuor asserit: (1) in obliquo asserit Christum qua
Deum eandem Dei scientiam comprehensivam habere quam habent Pater
et Spiritus sanctus

Thesis aliud in obliquo et alia alia in recto asserit.

In obliquo asserit Christum qua Deum scientiam divinam habere.

Thesis 12^a

Praeter scientiam divinam Christus habuit scientiam ~~et~~ humanam
tum beatam tum infusam tum acquisitam.

Termini

Scientia^s: tripliciter dicitur, proprie, late, strictius.

scientia proprie: certa rerum per causas cogitio.

scientia late: quaelibet certa cogitio. Ita theologia
naturalis Deum existere demonstrat

Thesis 12^a

Praeter scientiam divinam Christus habuit scientiam humanam
tum beatam tum infusam tum acquisitam.

Termini.

scientia: dicitur tripliciter, proprie, late, strictius.

scientia proprie: certa rerum per causas cognitio cognitio.

Causae intelleguntur quattuor aristotelicae: finis, agens, ~~formam~~
materia, & forma.

Scientia late: certa cognitio etiam ex effectibus. Ita theologia
naturalis Deum certo cognoscit non tamen per causam sed ex effectu.